

*In manu bonorum in malis est spiritus bonus peccata vero in malis est spiritus  
 Et boni coherere in vasa indignitatis in gloria: et obfuscatum in gloria  
 Unde dicit scriptura super Mattheum Sic vinum coherere ab arcto et non egredietur  
 hinc farina hinc etiam et autem paleas arcto si fuerit et non egredietur*

**Christi ab incarnationis vsq[ue]  
 ascensionis Gestas succinctim  
 posita omni sacerdoti ha  
 benda bene reuisa atq[ue]  
 correcta.**

25

*Cronographi qui conuincit gestas*



*Sancti et cetera diuini  
 vultus et magis vultus  
 dicit  
 Sancti et quilibet  
 vultus et cetera  
 quia et in vultus  
 dicit*

*Manus qui habet audire in iudicij ministris habet  
 tempus et p[ro]uincias et 19*

10.



Una vegetabilis Bempob se Producat aque repleti aut unith  
 Potens p[ro]p[ri]etate in d[omi]n[is] an[im]i[us] m[er]it[is] g[ra]t[ia] in d[omi]n[is] p[er]t[in]et  
 Una h[ab]it[us] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] an[im]i[us] sua p[er]dit eam  
 Luna se h[ab]it[us] se h[ab]it[us] si p[er]t[in]et aut  
 Sp[irit]u[us] s[an]c[t]u[s] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] q[uod] p[er]t[in]et ip[s]a m[er]it[is]  
 Voluntas h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is] aut tributa m[er]it[is]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] suspendit d[omi]n[is] aut m[er]it[is]  
 Statu h[ab]it[us] se h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is] p[er] aut d[omi]n[is]  
 Affert[ur] t[er]m[in]at[us] iudicia m[er]it[is] que d[omi]n[is] m[er]it[is]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] m[er]it[is] h[ab]it[us] m[er]it[is] p[ro]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is]  
 R[ati]o p[ro]p[ri]etate In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] ad m[er]it[is]  
 C[on]s[er]v[ati]o h[ab]it[us] se h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is]  
 S[an]c[t]u[s] d[omi]n[is] i[n] s[an]c[t]u[s] d[omi]n[is] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] h[ab]it[us]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] m[er]it[is] e[st] t[er]m[in]at[us]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is]  
 In d[omi]n[is] h[ab]it[us] se h[ab]it[us] p[ro]p[ri]etate h[ab]it[us] m[er]it[is]

In d[omi]n[is]  
 p[ro]p[ri]etate  
 In d[omi]n[is]



**I**n principio erat verbū: et verbū  
erat apud deū: et deus erat verbū. Cum aut per verbum  
omnia facta essent in creatione: factū est verbū caro: ut  
omnia p ipm fierent in recreatione. Johānis primo. Cū  
aut esset desponsata virgo maria ioseph. Mathei primo. Missus  
est angelus gabriel a deo ad virginē desponsatā. dicēs. Ecce cōcipi-  
es. Querēdens. ait. Ecce ancilla dñi etc. Concepit de spūs sancto. Lu-  
ce primo. Quā cuz inuenisset Ioseph hñtem in vtero de spūs sancto  
voluit occulte dimittere eaz. Sed hec eo cogitāte a pparuit ei ange-  
lus dicēs. Ioseph fili david noli timere accipe mariā coniugē tuam  
Math. j. Eo tpe exiit edictū a cesare angusto ut describeret vniver-  
sus orbis. Ob quā descriptionē ibant singuli in civitatē suā. Ascen-  
dit aut ioseph cū maria desponsata sibi vxore in bethleem. vbi vir-  
go peperit. et natū in presepio reclinauit. Luce. ij. Eadēqz nocte an-  
gelus pastoribus apparuit nūcians eis gaudiū magnū natū: scilz sal-  
uatorem mūdi. qui venientes in bethleem cognouerūt de verbo qd  
dictū erat eis. Luce. ij. Et post dies octo circūcisus est puer: et voca-  
tum est nomē eius iesus. Luce. ij. Trāfactis aut dieb⁹ quinqz a circū-  
cissione venerūt magi ab oriēte in hierusalē querētes vbi est qui nat⁹  
est rex iudeorū: Ibiqz edocti a scribis q in bethleem nascitur⁹ esset  
christus: pfecti sunt in bethleem ductu stelle quā viderāt. et intrātes  
domū inuenerūt puerū cū maria matre eius. pcedētēs adorauerūt  
eum. et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. aurum thus et  
mirrā. Mathei. ij. Completis aut diebus purgationis marie syme-  
on vir iustus qui respōsum accepat a spiritus sancto nō visurū se mor-  
tem nisi prius videret christū dñi. Cum induxissent puer in templū  
parentes eius: accepit eū symeon in vlnas suas dicēs. Nunc dimit-  
tis dñe etc. Luce. ij. Et cū peracta essent ea que scdm legem essent im-  
plenda. reuersus est ioseph cū maria et puero in nazareth. Luce scdo  
Tunc apparuit angelus ioseph dicēs. Surge et accipe puerū et ma-  
trem eius. et fuge in egyptū. et esto ibi vsqz dicam tibi: futurū est em̄  
vt herodes querat puerū ad perdendum eum. qui consurgēs secessit  
in egyptum. Mathei. ij. Eo tpe occidit herodes omnes pueros qui  
erant in bethleem. et in omnib⁹ finibus eius. abymatu et infra. Ma-  
thei. ij. Mansit autē ioseph cum puero et matre eius in egypto. viij.  
annis. Et tandem mortuo herode. monitus ioseph per angelū re-

A ij



Dixit in nazareth cum maria et puero. Puer autem crescebat et conforta-  
batur plenus sapientia. Luce. ij. Cum autem factus iesus esset annorum  
duodecim ascendit in hierusalem cum parentibus ad diem festum  
remansitque in hierusalem et non cognoverunt parentes eius. In-  
uentusque post triduum sedens inter doctores. ubi dixit ei mater. Fili-  
quid fecisti nobis sic. Descenditque cum eis. et erat in nazareth subditus  
illis. Ibique proficiebat etate et sapientia coram deo et hominibus. Lu. ij. In  
diebus illis predicavit iohannes baptista penitentiam in remissionem pec-  
catorum. et baptisabat. Math. ij. Marci. j. Luce. ij. Eo tpe erant tres  
secte iudeorum a communi vita hominum et opinione distantes. pharisei. sadu-  
cei. et essei. Pharisei philateria cartarum quibus decalogus erat descri-  
ptus in brachijs et in fronte et spinas in simbrijs gerebant. Defunctorum  
que animas in alia corpora usque ad resurrectionem transire dicebant. Sadu-  
cei negabant resurrectionem. putantes animas cum corporibus interire. Essei  
vitam quasi monachi ducebant. Dicebantque animas omnes a principio crea-  
tas per tempora incorporandas. hos omnes arguebat iohannes dicens. Geni-  
mina viperarum. Math. ij. Luce. ij. Et tunc interrogaverunt eum iudei.  
Si esset christus vel helyas vel propheta. Qui dixit. se vocem claman-  
tis in deserto. Joh. j. Tunc iesus incipiens quasi annorum. xxx. venit a  
gallilea. et baptizatus est a iohanne. et aperti sunt celi. et vox patris  
audita est. Math. ij. Marci. j. Lu. ij. Post hoc vidit iohannes iesum  
ambulantem et dixit. Ecce agnus dei. Joh. j. Quod audientes duo disci-  
puli. vnus andreas secuti sunt eum. et adduxit fratrem suum symonem.  
Cui dominus imposuit nomen cephas. quod interpretatur petrus. Joh. j. Et  
ambulans iesus iuxta mare gallilee vocavit secundo petrum et andream de  
navi. Et iacobum et iohannem de alia navi. qui relictis omnibus secuti sunt  
eum. Mat. ij. Marci. j. In crastina autem die inuenit philippum. et dixit  
ei sequere me. et secutus est eum. et adduxit nathanaelem. Joh. j. Die autem  
tertia facta sunt nuptie in chana gallilee ubi convertit iesus aquam in  
vinum. quod fuit initium signorum eius publice factorum. Joh. ij. In primo  
pascha ascendit hierosolimam et eiecit ementes et vendentes de templo. Jo.  
ij. Cum autem ambularet in die iuxta mare gallilee et turbe irruerunt in  
eum. et ascendit in naviulam symonis. et docuit de naviula turbas. et  
dixit petro ut relaxaret rethia in capturam. qui conclusa multitudine  
piscium percussit ad genua eius dicens. Eri a me quia homo peccator sum  
domine. Luce. v. Post hec venit iesus in nazareth. ubi die sabbathi legit  
in Esaiam. Spiritus domini super me. Luce. ij. Post hoc iuit in galilceam

et discipuli eius baptisabat. Baptisabat autem iohanes in heremo iuxta salim et mittebat multos ad Jesus. Vñ discipuli Johannis turbati sunt invidia, q̄s redarguit dicēs. Illū oportet crescere. Joh. iij. Tūc arguebat herodē Johānes ppter herodiadē. ppterca in carcere curavit eū herodes. Math. xiiij. Marci. vj. Q̄d audiēs Jesus reliq̄t judeaz, et abiit in gallileā, et habitavit in capharnaū i finib⁹ zabulon et neptalim apte p̄dicans. Pn̄iaz agite. Math. iij. Marci p̄io. Et hic fuit annus p̄dicationis sue prim⁹. in quo cū sequerent⁹ euz turbe multe, ascendit i montē et aduocās discipulos docuit eos dicēs. Bt̄i paupes. Math. v. Luce vj. Ibidē fecit magnuz s̄monem. p̄cepitq̄ discipul⁹ vt p̄dicarēt, et dedit eis potestatē sp̄s immūdos eijcere, et curādi lāguores. Mat. vj. vij. et x. Cū autē descēdisset d̄ mōte curavit leprosz. Cui ait. Vide nemini dixeris. Math. viij. Marci. j. Luce. v. Et cū intrasset capharnaū sanauit puerū centuriōis. Mat. viij. Luce. vij. Ibiq̄ ingressus synagogā eiecit ab hoīe sp̄m̄ imundū. Marci. j. Luce. iij. Et p̄tinus egrediēs d̄ synagoga itrauit in domū Petri et sanauit socrum ei⁹. Math. viij. Marci. j. Luce. iij. Inde intravit in ciuitatē Naym, et suscitauit aī portā filiū vnicuz m̄ris sue. Luce. viij. Extūc exijt sermo de illo, et offerebant⁹ ei i firmi et sanabat oēs. Mat. viij. Marci. j. Luce. viij. Rogabat autē eū q̄dam pharise⁹ vt māduicaret cū illo. Et ingressus domū discubuit, ibi ml̄ier peccatrix accessit cū alabastro vngētī. Et stans retro secus pedes Jesu lacrimis cepit rigare, ibiq̄ dimissa sunt ei peccata multa. Luce. viij. Et accessit vn⁹ scriba dicēs. Mḡr seq̄r te. Cui dñs. Vulpes foueas h̄nt, fili⁹ at hoīs nō habz vbi reclinet caput suū. Math. viij. Luce ix. Alteri vō dixit. Sequere me. At ille dimittite me sepelire patrez meū. Math. viij. Luce. ix. Terti⁹ vō ait. Seq̄r te: s̄ p̄mitte me nūciare h̄is qui domi sunt. Cui dñs. Nemo mittēs manū suā ad aratū. Luce. ix. Tūc ascēdit in nauiculā et dormiuit: sed orta tempestate excitat⁹ est a discipulis et impauit vētis et mari, et factā est trāquillitas magna. Mat. viij. Marci. iij. Luce. viij. Cū autē venisset trans fretū in regionē gerasenoz occurrerūt ei duo arrepticij. Math. viij. Quoz vnus adorauit eum dicēs. Quid nobis et tibi iesu fili dei venisti aī tps torquere nos. Mar. v. Luce. viij. Et emisit demones i porcos: vñ indignati rogauerūt eū vt trāsiret a finib⁹ eoz. Mat. viij. Mar. v. Luce. viij. Ille at q̄ curat⁹ fuerat rogabat iesum vt sequerēt eū. Cui dixit dñs. Vade in domū tuā: q̄d fecit, et abiit in decapolim et narrauit suis: q̄pta

A iij



illi dñs fecit. *Marci. v. Luce viij.* Jesus autē ascendēs in nauiculam rediit in ciuitatē suā. scilz capharnaū. vbi sanauit paliticū a quatuor viris portatū p regulas dimissuz. *Mat. ix. Marci. ij. Luce. v.* Inde autē ascendēs in iudeā. vidit Leni alphei sedentē in theloneo nomie Matheuz quē vocauit. z secutus est eū. *Math. ix. Marci. ij. Luce. v.* Cū vō rediret i gallileā trāsiens p samariā venit ad puteū vbi sermone habuit cū muliere samaritana. *Joh. iij.* Inde veniēs i chana gallilee. rogar<sup>9</sup> est a regulo vt sanaret filiū ei<sup>9</sup>. incipiebat em̄ mori. Cui dñs. *Silius tu<sup>9</sup> viuit. z sanat<sup>9</sup> est puer ex illa hora. Joh. iij.* p<sup>9</sup> hec fecit leni puiuiū dño i domo sua i qua publicanis z peccatorib<sup>9</sup> cū Jesu discubētib<sup>9</sup>. reprehenderūt eū pharisei. *Math. ix. Marci. ij. Luce. v.* Arguebāt etiā ibi discipulos q nō ieiunaret. q̄s dñs excusauit dicēs. Nunquā possunt filij sponsi lugere. *Math. ix. Luc. v.* Post hoc pharisei petētib<sup>9</sup> signū: rñsum est a dño. Gñatio praua z adultera zc. Et addidit dñs de regno austri. z imūdo spū. *Math. xij. Lu. xj.* Tūc extollēs quedā mulier vocē de turba dixit. Beat<sup>9</sup> venter qui te portauit. Tūc dñs. *Quinimo. Luce. xj.* Et cū quererēt eū mater z frater ei<sup>9</sup>. ait. Quicūqz facit volūtatē zc. Et extendens manum sup discipulos dixit. Hi sunt fratres mei. *Math. xij. Mar. iij. Luce. viij.* Et adhuc eo loquēte princeps synagoge noie Nayrus accessit. z pro filia itercessit. *Math. ix. Marc. v. Luce. viij.* Et cū iret ad suscitandū eā mulier quedā sanguiflua tetigit simbriā vestimēti ei<sup>9</sup> z sanata est *Math. ix. Marci. v. Luce. viij.* Post hoc ingressus domū archisynagogi filiā ei<sup>9</sup> suscitauit. *Mat. ix. Marci. v. Luce. viij.* Inde venit in domū suā nazareth z duos cecos illūinauit. Mutū etiā demoniacū a demonio liberauit. *Math. ix.* Cū autē laudaret eū turba. pharisei dicebant. In beelzebub principe zc. *Math. ix. Marci. iij. Luce. xj.* Quos multipliciter redarguit dñs loquens de regno diuiso. et de custode forti armati. *Math. xij. Marci. iij. Luce. xj.* De pctō quoqz blasphemie i spm̄ctm̄. z de arbore. z thesauro bono z malo pposuit pabolā. *Math. xij.* Post hoc intrauit in quoddaz castellū. et mulier quedā *Martha* noie. accepit illū i domū suā. vbi martha mīstrabat maria autē soror ei<sup>9</sup> verbū illi<sup>9</sup> audiebat. *Luce. x.* Tūc autē cū Johānes audisset in vinculis opa christi. misit ad euz duos ex discipulis suis dicēs. Tu es q̄ vētur<sup>9</sup> es. an aliū expectam<sup>9</sup>. vbi pmēdabat dñs johānez multipliciter vocās eū plusquā pphāz. z angeluz añ faciem suā missuz. Et q̄ inter natos muliez eo maior nō surrexit. *Math. xj.*



Luce. vij. Post hoc designavit dñs et alios septuaginta duos discipulos: misit eos binos ante faciē suā. Luce. x. Qui reversi cū gaudio dixerūt dñe demonia subijciunt nobis in noīe tuo. Quib⁹ ait. Nolite gaudere sup hoc. sed qz noīa vestra scripta sunt. Luce. x. Tūc exultavit dñs dicēs. Cōfiteor tibi dñe pater celi et terre: qz abscondisti hec a sapientibus zc. Math. xj. Luce. x. Post hoc statim in sabatho factū est: cū transiret dñs p sata. discipuli euellēbāt spicas z māducabāt. quos cū arguerēt pharisei. excusavit eos dñs. Mat. xij. Marci. ij. Ob qd faciebāt pharisei conciliū aduersus eū qūo eū pderēt. Math. xij. Luce. vj. Sciens autē iesus exiit in montē orare. vbi pernoctavit in oratione. Luce. vj. Mane autē facto vocavit discipulos suos pprijs noībus quos elegit apostolos. Sedēteqz eo secus mare cōgregateqz sunt ad eum turbe ascendēs in nauiculā. pposuit illis in pabolā seminātis bonū semē: cuius supseminavit inimic⁹ zizaniā. Math. xij. Mar. iij. Luce. vij. Statimqz post hoc pposuit pabolā de fermēto abscondito in crib⁹ satis farine. Math. xij. Luce. xij. Et cū discipulis querētibus cur in pabolis loquerēt. Respondit. ut vidētes nō videāt. z exposuit eis pabolā seminantis. Math. xij. Mar. iij. Luce. vij. Post hoc dimisit turbas z venit ī domū z exposuit discipulis pabolā Zizaniōrū. z alias pposuit pabolas d thesauro abscondito in agro. z de inuenta z empta margarita et de sagena missa in mari. Math. xij. Hec fecit Iesus anno pdicatiōis primo.

**A**nno vero secūdo trāsīuit in patriā suā. Cui dicebant. Vñ huic ista sapiētia. Vñ hic filius fabri est: quibus dicēs. Nemo ppheta acceptus est in patria sua. Math. xij. Marci. vj. Luce. ij. Joh. ij. Et cū pposuisset eis similitudinē de vidua sareptena. ad quā solam tpe famis Helyas missus fuerat. eijciētes euz extra ciuitatē. dixerūt ut precipitarēt euz. Luce. ij. Eo tpe misit herodes decollare Johannē baptistā. Math. xij. Mar. vj. Audiuī autē herodes famā de iesu. dubitabat an esset iohannes baptista q̄ resurrexit a mortuis. et querebat videre euz. Math. xij. Mar. vj. Luce. ix. Quo audito iesus secessit in desertū et secute sunt eum turbe. z fecit eos discūbere. sup fenū. vbi de quinqz panib⁹ z duobus piscibus quinqz milia hoīm saturavit. Math. xij. Marci. vj. Luce. ix. Joh. vj. Iesus vero cognoscēs. qz hoīes vellēt eū facere regem. Joh. vj. fugit et ascēdit in montē sol⁹ orare. Math. xij. Marci. vj. Luce. vj. et ix. Joh. vj. Discipuli autē erant in mari. et nauicula

A iij



2  
iactabat fluctibus. ad quos Jesus venit quarta vigilia noctis ambulans  
supra mare. Discipuli vero putabant fantasma. Math. viii. Mar. vi  
Tunc petrus iuit ad eum supra aquas. ubi videns ventum validum timuit. Mat.  
viii. Cum autem iesus ascendisset in nauiculam cessauit ventus. Mat. viii  
Mar. vi. Veneruntque ipse et discipuli eius in terram genesar per bethzai/  
dam. Math. viii. Vbi obtulerunt in grabatis et lectis quotquot ma/  
le habebant. et sanabat eos. Marci vi. Altera die venerunt turbe ad  
eum mirantes quomodo illuc venisset. Et comedentes cibum quem dederat  
eis. et manna preferebant. quibus dicens. Ego sum panis viuus qui de  
celo descendi. Joh. vi. Dicentibus ergo iudeis. quomodo potest hic nobis  
carnem suam dare ad manducandum? Respondit. Nisi manducaueris car/  
nem filii hominis. Joh. vi. propter quod verbum multi abierunt retro. Dixit  
ergo ad duodecim. Numquid et vos vultis abire? Cui petrus. ad quem  
ibimus. verba vite eterne habes. Et tunc dixit illis iesus. Nonne ego vos  
duodecim elegi. et vnus ex vobis dyabolus est. Joh. vi. Eo tempore ro/  
gavit quidam phariseus vt pranderet secum. Luce. xi. Et pransus est ipse  
et discipuli eius non lotis manibus. quos cum pharisei arguerent. ait  
dominus. Quod intrat in os non coinquinat hominem etc. Et probauit eos ibi  
ypocritas et transgressores legis dei. Math. xv. Mar. vii. Inde abiit  
in fines tyri et sydonis ubi sanauit filiam chananee que a demonio  
verabatur. Mathei. xv. Marci. vii. Post hec accesserunt ad eum mul/  
ti habentes secum mutos. claudos. cecos. et alios plurimos debiles  
quos proiecerunt ad pedes eius. et curauit omnes. Mathei. xv. Et  
extens inde venit per sydonem ad mare gallilee inter medios fines  
de capoleos ubi sanauit surdum et mutum. Et digitos in auriculas  
eius ponens. et sputo linguam tangens et dicens. Effeta. Marci. vii  
Hoc facto. ascendit in hierusalem ad diem festum penthecostes. Erat  
autem probatica piscina quinque porticos habens. ubi sabbatho sanauit  
languidum. xxx. et. viii. annos ab infirmitate habens. Joh. v. Dixit ei  
autem dominus. Tolle grabatum tuum et ambula. propterea persequebantur eum  
iudei. quia faciebat hoc in sabbatho. Jesus autem respondit eis. Pater  
meus vsque modo operatur. et ego operor. Et subdidit multa de se et patre  
suo et antichristo venturo. Iudei autem querebant eum interficere. quia pa/  
trem suum dicebat deum. Joh. v. Interim vero abiit secus mare gallilee  
in desertum. ubi de septem panibus et paucis pisciculis faciauit quattuor milia  
hominum. Mat. v. Marci. viii. Et ascendens in nauiculam cum discipulis venit

in partes magedan: ubi docuit eos cauere a fermento phariseorum  
 Math. xvj. Marci. viij. Luce. xij. Et venit in partes cesarij. philip/  
 pi. et interrogauit discipulos dicēs. Quē dicūt homīes esse filiuz ho/  
 minis? Cui petrus. Tu es chūstus filius dei viui. Precepitq; eis ne  
 cui dicerēt q; ipse esset christus. et p̄dixit eis passionē ⁊ resurrectionē  
 suā. Luce. ix. Petro vero dicēte. absit a te dñe. Red arguit eum dñs  
 iesus. Math. xvj. Mar. viij. Lu. ix. Et post dies sex. Vel scđm Lucā.  
 Post dies octo. Assumpsit iesus petrū. iohānē. ⁊ iacobū. ⁊ duxit eos  
 in montē excelsum thabor ubi trāffigurat⁹ est corā eis. Math. xvij.  
 Mar. ix. Lu. ix. Descendēs autē de mōte venit ad turbas ⁊ salutabāt  
 eū. Mar. ix. Sequēti autē die sanauit lunaticū quē discipuli sanare  
 nō poterāt. Mar. xvij. Mar. ix. Lu. ix. Extūc venit capharnaū ubi  
 misit petrū piscari. et inuentū staterē in ore piscis tribuere in tribu/  
 tum. Math. xvij. In illa hora accesserūt discipuli ad iesum dicētes  
 quis putas maior est in regno celorū? De maiortate em̄ prius cōten/  
 derant in via. p̄pter qđ statui parvulū in medio eorū dicēs. Nisi effi/  
 ciamini sicut parvuli ⁊c. Math. xvij. Marci. ix. Luce. ix. Et accedēs  
 iohānes dixit ei. Magister vidim⁹ quendā in noīe tuo eijcientē de/  
 monia. q; nō sequit nos ⁊ phibim⁹ eū. Cui dñs. nolite phibere eū  
 Mar. ix. Lu. ix. p̄ hec de scādalizatorib⁹ mlta p̄posuit. Mar. xvij  
 Marci. ix. Ibi dēq; p̄posuit pabolaz de one centesima. Math. xvij  
 Et de dragma decima inuēta. Et de filio prodigo. Luce. xv. In qui/  
 bus ostēdit futurū gaudiū. in celo de publicanis. ⁊ peccatorib⁹ peni/  
 tentiā agētib⁹. Post hoc subdidit. de fratre corripiedo. Et adiunxit.  
 Quod cuiq; solueris sup terrā ⁊c. Similiter quesit petrus. et si di/  
 mitteret fratri suo vsq; septies. Cui dñs. Non dico tibi vsq; septies  
 sed vsq; septuagies septies. Math. xvij. Luce. xvij. Et ad pbandū.  
 q; tociens dimittendū esset. subiecit pabolaz serui. Cui dñs dimisit  
 decē milia talēta. sed p̄pter ei⁹ ingratitudinē. eo q; cōserui sui misere/  
 ri noluit. om̄e prius dimissum debitū reuocauit. Math. xvij. Post  
 hoc in iudeā venit trāsiordanē de gallilea ubi curauit infirmos gal/  
 lileos que secuti fuerāt eum Math. xix. Marci. x. Eo tpe accesserūt  
 pharisei dicētes ad iesum. Si licet homī dimittere vxorez. Quibus  
 respōdit. q; nō licet: excepta fornicationis causa. Math. xix. Mar. x.  
 Ibi etiā addidit de trib⁹ eunuchis monēs q; q; potest cape castitatē  
 capiat. Math. xix. Quod cum audissent plurimi: quia commen/  
 daret castitatē. obtulerūt puulos ei castos quib⁹ imponēs man⁹ ait



Talium enim est regnum celorum. Math. xix. Mar. x. Luce xvij. Hoc facto rediit in gallileam: quia inde ei querebant eum occidere. Joh. viij. In illo tpe: quidam asserens se filium dei: quosdam gallileos seduxerat: quos cum durisset in montem volens ascendere in celum. dum sacrificaret. et pylatus supueniens occidit eum cum sacerdotibus. Cuiusmodi iudei reputarent eos ideo perisse: quia nequam erat. et nequiores ceteris gallileis. Ait dominus. Iudeos. non minus sceleratos. et eos perituros nisi penitentiam agerent. Luce. tredecimo. Et ad hoc dixit eis similitudinem ficulnee non facientem fructum. Luce. xij. Eo tpe cum doceret in sabbatho in synagoga. curavit mulierem quam inclinauerat spiritus infirmitatis decem et octo annis. sic quod omnino non poterat sursum aspicere. Quem cum argueret archisynagogus. quod in sabbatho curasset. Dixit dominus hypocrita. unusquisque vestrum soluit bouem aut asinum in sabbatho. et ducit ad aquam. filiam autem abrahe quare non licet curare in sabbatho. Lu. xij. Tunc accesserunt quidam dicentes. Vade hinc de gallilea. qui herodes vult interficere te. Quibus ait. Ite et dicite vulpi illi. Ecce demonia eiicio. et sanitates perficio hodie et cras. et tertia die consumor. Luce. xij. Ascendit ergo inde ad diem festum cenophegie licet fratribus dixisset quod non esset ascensurus. Joh. viij. Vbi cum contra iudeos multa dixisset. adiecit. queritis me interficere. Respondit turba. demonium habes quis querit te interficere et querebant eum apprehendere. sed nemo misit in eum manum. quia nondum venit tempus eius. Joh. viij. Tunc quidem de turba ait ad iesum. magister dic fratri meo ut mecum diuidat hereditatem. Cui dominus. Quis me constituit iudicem supra vos. et monuit canere ab omni auaricia proponens similitudinem de diuite qui deliberabat horea ampliare. Cui responsum est. Stulte in hac nocte etc. Luce. xij. Post hoc cum multa diceret de se et de patre suo. et de iudeis et de abraham. Tulerunt lapides iudei. ut iacerent in eum. ipse vero abscondit se et exiit de templo. Joh. viij. Et preteriens vidit hominem cecum a natiuitate quem sanauit. Joh. ix. Tunc occurrit ei adolescens in via dicens. Magister quid faciam ut habeam vitam eternam? Cui dominus. Serua mandata. et ipse respondit. Hec facio. Cui dominus. Si vis perfectus esse. vende omnia que habes et da pauperibus. qui abiit tristis. eo quod diues erat. Mathei xix. Marci x. Luce. xvij. Tunc ait iesus. Facilius est camelum per foramen acus transire. quam diuitem intrare in regnum celorum. Cui petrus. Ecce nos reliquimus omnia. quid nobis inde erit. Cui domi-

nus. Vos qui secuti estis me. sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. *Mathei. xix.* Et subdidit. Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores. aut patrem aut matrem. centuplum accipiet. et vitam eternam possidebit. *Mathei. xix. Marci. x. Luce. xvij.* Audientes hoc auari. quod doceret de contemptu mundi deridebant eum. ideo proposuit eis exempla. de diuite purpurato et epulone. et lazaro medico. *Luce. xvi.* Ad discipulos autem proposuit parabolam de villico iniquitatis. concludens. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. *Luce. xvi.* Post hoc proposuit parabolam de patrefamilias. qui produxit operarios in vineam suam. *Mat. xx.* Quibus parabolis finitis. intravit in domum cuiusdam principis phariseorum sabbatho manducare panem. ubi ydropicum sanavit. *Luce. xiiij.* In ipsa hora ad invitatos dixit parabolam. quomodo primos accubitos eligeret. Et subdidit. Cum invitatus fueris ad nuptias. et iterum. Cum facis prandium noli vocare divites. *Luce. xiiij.* Hec sunt que fecit iesus anno predicationis sue secundo.

**A**nno vero tercio facta sunt Encenia hierosolimis et hyems erat. Et ambulabat iesus in templo in portico Salomonis. ubi ait iudeis. Ego et pater unum sumus. eo quod dicebant ei. quousque animas nostras tollis. Sustulerunt ergo lapides ut iaceret in eum. sed exiit de manibus eorum. *Joh. x.* Et abiit trans iordanem. ubi nunciatum est ei de lazaro. et ait discipulis. Eamus in iudeam. Qui dixerunt. Iudei voluerunt te lapidare. et iterum vadis illuc. Quibus ait. Nonne duodecim sunt hore diei. venit ergo bethaniam ubi Lazarum suscitavit. *Jo. xi.* Propterea collegerunt pontifices et pharisei concilium dicentes. Si dimittimus eum. Quibus Cayphas ait dicens. Vos nescitis quicquam. Expedi vobis ut unus moriatur homo. *Joh. xi.* Et post hoc suscitato lazaro dum dominus iret in hierusalē transibat per mediam samariam et gallileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem leprosi viri. quos cum mundasset. unus ex eis tantum samaritanus deum magnificavit. Ceteri autem iudei erant. *Luce xvij.* Tunc autem cum premisisset nuncios in civitatem samaritanorum. non sunt recepti. Unde irati Jacobus et Johannes dixerunt. Vis dicemus ut veniat ignis de celo et consumat eos. Sed dominus prohibuit eis dicens. Silius hominis non venit animas perdere lucis. Et ait discipulis. Ecce ascendimus hierosolimam et consumabunt omnia que de filio hominis scripta sunt. et predixit eis passionem et resurrectionem suam. *Mathei. xx. Marci. x.* Tunc mater filiorum zebedei petijt. ut unus filiorum eius sede



at ad dextrā. et ali<sup>9</sup> ad sinistra eius. Quod audiētes decē indignati  
sunt de duobus. Math. xx. Marci. x. ppter hoc facta est contētio in  
ter discipulos: quis eorū viderēt esse maior. Quib<sup>9</sup> dñs ait. Reges  
gentiū dominant. Luce. xxij. Post hoc iesus cum ingredereēt iericho  
zacheus ascēdit in arborē siccomorū. Luce. xix. Ingre diēs illumias  
uit duos cecos secus viā. Math. xx. Mar. x. Luce. xviij. Post hoc ve  
nit iesus in bethaniā z māsit in domo symonis leprosi quez curauit.  
Et fecerūt ei cenā in sabbatho ante palmarū. Martha ministrabat.  
Lazarus discūbebat. Maria pedes eius precioso vngento vngēbat  
Vñ iudas ait. Poterat hoc vngentū venūdari multo. et dari pau  
peribus. Cui dñs. Bonū opus opata est in me. Math. xxvj. Mar.  
xiiij. Joh. xij. Mane autē facto cū venisset bethphage. misit duos di  
scipulos in hierusalē vt adducerēt asinā z pullū. Math. xxj. Marci  
xi. Luce. xix. Cū autē appropinquasset ad descensum montis oliueti.  
substernebāt vestimēta sua. et ramos de arborib<sup>9</sup> cedebant. Pueri  
quoq<sup>3</sup> veniebāt obuiā ei. Turba que precedebat. et que sequebat<sup>r</sup> cla  
mabat osanna. Math. xxj. Marci. xi. Luce. xix. Joh. xij. Tunc iesus  
vidēs ciuitatē flevit sup illā. predicens subuersionem eius. Luce. xix  
Cū autē intrasset hierusalē cōmota est tota ciuitas hierusalē dicens  
Quis est hic. populi autē dicebāt. Hic est iesus propheta a nazareth.  
Math. xxj. Et ingressus in templū facto flagello de funiculis eiecit  
vendētes. z sanauit in eo cecos et claudos. Math. xxj. Mar. xi. Lu.  
xix. Iudeis vero signa petentibus ait. Soluite templū hoc. et in tri  
bus dieb<sup>9</sup> excitabo illud. Joh. ij. Et videns eas qui mittebant mu  
nera in gazophilatiū. z viduā pauperem duo minuta mittentē con  
mēdauit preceteris. Mar. xij. Lu. xxi. Et tūc ad quosdaz que de sua  
iusticia p<sup>3</sup> fidebāt pposuit de publicano z phariseo pabolā. Lu. xviij  
Cū autē vesp<sup>a</sup> iam esset redijt in bethaniā. Math. xxj. Mar. xi. Nū  
codemus q<sup>3</sup> erat de principib<sup>9</sup> venit ad eū nocte. que dñs docuit de  
natiuitate spiritali hoīs. Joh. iij. Rursuz diluculo feria scda reuer  
tens in hierusalē esurijt. Et cū accessisset ad ficū. z nō inueniēs in ea  
fructū. maledixit ei. et statim aruit. Math. xxj. Mar. xi. Cū vero ve  
nisset in ciuitatē. z ingressus esset templū. Adducūt scribe z pharisei  
mulierē i adulterio dephensas vt iudicaret eā iesus. Joh. viij. Eodē  
die philippus z andreas cum nunciassent iesu. q<sup>3</sup> quidē gētiles eum  
videre vellent. Nit iesus. venit hora vt clarificetur filius hominis.  
pater clarifica filium tuum. z vox de celo insonuit. Clarificauit et ite  
rum clarificabo. Johannis. xij. Vespera facta redijt in bethaniam.

Mar. xj. Et facta mane feria tertia cū rediret in hierusalē viderūt si  
 cum aridam: et ait petrus. Ecce ficus aruit. Et respōdit dñs. Si ha-  
 bueritis fidem quicquid volueritis fiet vobis. Math. xxi. Marci xj.  
 Luce. xvij. Ad didit etiā iesus. q̄ in oratiōe oportet fidē adhibere: et  
 cū instancia orare. Ob qd̄ p̄posuit eis pabolā de diuite z vidua. Lu.  
 xvij. Et cum venisset in templū. interrogauerūt eum seniores dicen-  
 tes. in qua potestate hoc faceret. Et ip̄e iterrogauit eos d̄ baptismo  
 johānis. Math. xxi. Marci. xj. Luce. xx. Tūc p̄posuit eis pabolam  
 duorū filioꝝ. quorū vn⁹ dixit se nō iturū ad vineā: z tñ iuit. Alter vō  
 iturū se dixit: z nō iuit. Math. xxi. Et aliā pabolā p̄posuit de p̄fa-  
 milias q̄ plantauit vineā z locauit agricolis. q̄ seruos z heredē occi-  
 derūt. Et addidit de lapide reprobato q̄ p̄stitit⁹ est in caput anguli  
 Math. xxi. Marci. xij. Luce. xx. Ad idēz p̄posuit pabolā de rege qui  
 fecit nupcias filio suo. Math. xxij. De eodem dicit lucas: s̄ sub alijs  
 v̄bis. Hō qd̄ am fecit cenā magnā. Luce. xiiij. Tūc pharisei volentes  
 eum cape in sermone. iterrogauerūt eū. Vtrum liceret censum dare  
 cesari: an nō. Math. xxij. Marci. xij. Luce. xx. Saducei interroga-  
 uerunt eum de septena nupta cui⁹ esset vxor in resurrectiōe. Math.  
 xxij. Mar. xij. Lu. xx. Tūc vnus de scribis legis perit⁹ accendēs inter-  
 rogauit iesum qd̄ esset mandātū maximū in lege. z quid faceret vt  
 saluus fieret. Cui dñs dixit: primū esse mandātū. diligere deū: scdm.  
 diligere primū. Math. xxij. Mar. xij. Lu. x. Interroganti aut̄ quis  
 esset primus suus. p̄posuit parabolā de vulnerato qui incidit in la-  
 trones. Lu. x. Eo tpe miserūt principes ministros vt apprehenderēt  
 eum. Quib⁹ ait dñs. queritis me: z nō inuenietis. z multa alia. que ha-  
 bentur. Johā. viij. Tūc facta est dissensio in turba. Alij em̄ dicebant  
 hic est vere p̄pheta. Alij vō: hic est christ⁹. Quidā aut̄ dicebāt: nūquā  
 a gallilea christ⁹ venit. Tōne scriptura dicit. q̄ ex semine dauid ve-  
 nit christ⁹. et bethleem castello vbi erat dauid venit christ⁹. Johan.  
 viij. p̄pter hoc congregatis phariseis. iesus interrogauit eos dicens.  
 Quid vobis videt̄ de christo cui⁹ filius est? Cui aut̄ cum r̄ndissent.  
 dauid: Obiecit illd̄ qd̄ scribit̄ psal̄o centesimonono. Dixit dñs dño  
 meo. Mat. xxij. Mar. xij. Lu. xx. Ad turbas aut̄ dixit. sup cathedra  
 moysi sederūt scribe z pharisei. docēs q̄ que i phariseis caueda sunt  
 dicēs. De vobis scribe z pharisei. Math. xxij. Marci. xij. Luce. xj. z  
 xx. Tūc subdit: venit sup vos oīs sanguis iustus. Et hierusalez hieru-  
 salē que occidis p̄phetas zc. Math. xxij. Hec locutus est iesus. z ab-

B



scandit se. Joh. xij. Abiēs autē cū egredereēt de templo. ostenderūt ei  
discipuli structurās tēpli. Math. xxiiij. Mar. xij. Et inde recedēs  
venit ad montes oliueti. sedensq; cōtra templū dixit discipulis suis  
signa euerfionis tēpli et vrbis. et docuit eos fugere. Luce. xxi. Et de ar  
bore fici dixit pabolaz. Math. xxiiij. Marci. xij. Loquēs etiā de die  
iudicij. monuit eos attentos esse. q; illa dies nouissima veniet repēs  
tina de quo nemo scit neq; angeli dei in celo. Math. xxiiij. Luce. xxi.  
Neq; filius. Marci. xij. ppter hoc docuit eos vt vigilaret et orarent  
pponens similitudinē de patrefamiliis. q; si sciret qua hora fur ven  
niret vigilaret vtiq;. Etiā pabolā de hoīe peregre pfecto q; iamtori  
precepit vt vigilaret. Marci. xij. Post hoc subdit pabolā de decem  
virginib; et aliaz de quinq; talentis. Math. xxv. Et aliā de quodam  
nobili. q; abiit in regionē longinquā accipe sibi regnū et reuertī. Lu  
ce. xix. Cōclufitq; de separatiōe maloz et bonoz in extremo iudicio. qm  
bonis diceēt. Venite bndicti. Malis autē. Ite maledicti. Math. xxv.  
Consumatis autē hīs sermonib; predixit discipulis passionē suam  
post biduū futuraz. Math. xxvi. Quarta feria post palmarū princi  
pes sacerdotū et seniores populi conciliū inierunt in atrio Cayphe  
vt iesum dolo tenerent et occiderēt. In illa die. pactus est Judas cū  
eis de traditiōe iesu p. xxx. argēteis. Math. xxvi. Luce. xxij. Marci  
xiiij. Iesus autē tota illa die mansit in bethania cū discipulis et ma  
tre sua. Quinta feria die cene pmisit discipulos in ciuitatez vt para  
rent pascha. Math. xxvi. Et ostendit eis hospitem. etiaz hospitūz.  
cenaculū quoq; grande stratū. Math. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij.  
Vespera vero facta. venit iesus cū discipulis suis. et discubuit cū eis.  
Math. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij. Et surgens a cena lauit pedes  
discipulorū dicēs. Exemplū dedi vobis. Joh. xij. Et dixit. vnus ex  
vobis me tradet. Math. xxvi. Marci. xiiij. Et cōtristatis illis addi  
dit. Qui intingit mecum etc. Innuit ergo iohāni petrus. vt quereret  
a dño quis esset eū traditurus. Itaq; cū recubuisset ille supra pect;  
iesu ait. Dñe quis est q; tradet te? Cui dñs. Ille cui intinctū panem  
porrerero. Joh. xij. Iterū respondit iudas. Nūquid ego sum rabi?  
Math. xxvi. Et tūc cōtinuo accepit iesus panem et bndixit. et calicez  
et dedit eis. Math. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij. Post hoc dixit eis  
Oēs vos scandalizemini in me in ista nocte. Ad qd petrus dixit. Et  
si oēs scandalizati fuerint. ego nō scādalizabor. Cui dñs. q; ter esset



23  
eum negaturus. Mathei. xxvj. Marci. xiiij. Luce xxij. Johannis.  
xiiij. Et statim subdidit longuz sermonem consolatoriu. scilz. Non  
turbetur cor vestrum. z multa alia que habentur. Johannis. xiiij. xv.  
et xvj. capitulo. Quo facto. oravit. pro omnibus illis qui credituri  
erant in eum. dicens. Pater manifestavi nomen tuum hominibus  
zc. Et subdidit. Tunc autem pro eis rogo. Johannis. xvij. Et statim  
exurgens ingressus est in villam getzemani transtorrentem cedron.  
Et cum intrasset ortum contristatus est valde. et procidens in facies  
suam in terram oravit semel. et rursus vt transferret ab eo pater cal  
licem. Mathei. xxvj. Marci. xiiij. Luce. xxij. Post hoc redarguit dis  
cipulos dormientes. Et cum abisset tertio orare. factus est sudor  
eius vt gutte sanguinis decurrentis in terram. Luce. xxij. Tunc appa  
ruit ei angelus de celo confortans eum. Qui consurgens venit ad  
discipulos. et ait eis. Dormite iam et requiescite. Et post pusillum  
et quasi incontinenti dixit. sufficit. Marci. xiiij. Surgite eamus et  
adhuc eo loquente. ecce judas venit. et cum eo turba multa. Mathei  
xxvj. Marci. xiiij. Luce xxij. Jesus autem sciens oia que vetera erant sup  
euz. pcessit z dixit. Que queritis? Et cum hoc dixisset. ceciderunt i terra.  
et ait eis scdo. Que queritis? q continuo surreperunt. Joh. xvij. Et ac  
cedens iudas osculo tradidit eum. z statim manus iniecerunt in eum  
Math. xxvj. Marci. xiiij. Luce. xxij. Et coprehendentes ligauerunt eu  
Joh. xvij. Petr<sup>9</sup> autem tunc amputavit auriculam malcho. Math. xxvj.  
Marci xiiij. Que dñs sanavit. Luce. xxij. Et ait petro. mitte gladium  
tuum in vagina. Math. xxvj. Ad turbas autem dixit iesus. Tanquam ad  
latrones existis. Statimq; discipuli eius relicto eo. omnes fugerunt  
Math. xxvj. Marci. xiiij. Luce. xxij. Ministri autem duxerunt euz ad  
Annam primu. qui erat socer Cayphe. Johannis. xvij. Ad olefcens  
autem quidam sequebatur eum amictus syndone sup nudo. z tenu  
erunt eum. Ille autem relicta syndone profugit nudus. Marci. xiiij.  
Petrus autem sequebatur eum a longe. Sed Johannes q erat notus  
pontifici. duxit eum in atrium pontificis principis sacerdotum. vbi  
statim accedens ad ignez z calefaciens se. ad vocem ancille negavit  
dominum. Tunc pontifex interrogavit dominum Jesum de doc  
trina eius. Cui dominus cum respondisset. quid me interrogas? s  
vnus ministrorum dedit ei alapam. Johannis. xvij. Et statim mis  
sit eu Annas ad Caypha ligatu vbi cum Petrus iam tertio negasset  
dñm. respexit eu dñs At ille audito gallicantu exijt et flevit amare.

B ij

Facto autē mane feria sexta adduxerūt falsos testes q̄ accusauerunt  
eum de reedificatione tēpli. Math. xxvj. Mar. xiiij. Tūc adiuravit  
eum Cayphas: si esset christ⁹ filius dei bñdicti. ⁊ cū respōdisset. vide  
bitis filiū hoīs ⁊c. Princeps sacerdotū scidit vestimēta sua. Et p̄ti-  
nuo expuerūt in faciē eius et velātes. colaphis eū cederūt. et pal-  
mas dantes duxerūt euz vinctū in pretoriū. Math. xxvj. Mar. xiiij.  
Luce. xxiij. Tūc autē cum duceret: judas p̄nā ductus est. retulit argē-  
teos ⁊ suspēdit se laqueo. Mat. xxvij. Et cū nollēt īgredi in p̄toriū  
vt nō cōtaminarent. exiit ad eos Pylatus dicēs. Quā accusationez  
affertis aduersus hoīez hūc? Qui r̄ndērūt. Si nō esset hic malefac-  
tor ⁊c. facit se regez. ⁊ cōmonit pplm a Galilea vsqz huc. Cūqz pylat⁹  
audisset nomiāre gallileā. misit eū ad herodē. Herodes autē illudēs  
ei. induit eū veste alba respuens eū remisit eum ad pylatū. Lu. xxiij  
Pylatus autē sedēs p̄ tribunali in loco qui dicit lycostat⁹. et licet cō-  
suenerat vnū absoluerē in die festo. ⁊ licet Pylat⁹ sciret. q̄ p̄ inuidiā  
tradissent eū. Licet etiā diceret. nullā in ip̄o inuenio causam. ⁊ vxor  
ei⁹ Procola noīe. licet p̄monuisset eū dicēs. Nil tibi ⁊ iusto illi. Ma-  
thei xxvij. Tū clamātibus iudeis. Tolle crucifige eū. ⁊ dimitte nobis  
Barrabā. q̄ si hūc dimittis. nō es amic⁹ cesaris. Flagellatū tradi-  
dit eum illis vt crucifigerēt. Mathei xxvij. Mar. xv. Lu. xxiij. Johā-  
nis xix. Tūc milites presidis illudētes ei. circūdederunt eū pupura.  
et coronā de spinis in capite. ⁊ arundinē in manu eius. dederūt. ⁊ ge-  
nu flexu dicebāt. Ave rex iudeorū. Cōspuētes in eū. arundine pcutie-  
bant caput eius. Post hoc reinduerūt iesum veste sua. et duxerūt eū  
extra ciuitatē baiulantē sibi crucē. Et tunc angariauerūt quendam  
noīe Symonē adiunare eū. Sequebant autē mulieres flētes. quib⁹  
ait. Silie hierusalē nolite flere sup me s̄ sup vos ⁊ sup filios vestros  
Lu. xxiij. Et eduxerūt euz in locuz calpharie. qui hebraice dicit gol-  
gata. vbi crucifixerūt eum ⁊ duos neq̄ cū eo. Johā. xix. Et cū crucifi-  
geret dabāt ei vinū bibere cum felle mirtū. Math. xxvij. Vel scdm  
Mar. dabunt ei vinū mirratuz. Mar. xv. Iesus autē dicebat. Pater  
ignosce illis. q̄ nesciūt qd faciunt. Post hoc diuiserūt tunicā ei⁹ vnā  
in quattuor ptes. Sup aliā vero incōsutilē miserunt sortes. Mathe-  
i xxvij. Mar. xv. Luce xxiij. Joh. xix. Interim scripsit Pylatus titu-  
lum litteris grecis. hebraicis ⁊ latinis. Iesus nazarenus rex iudeorū  
Quē cum supposuisset cruci latrones blasphemabāt eum qui cū eo  
crucifixerāt. Math. xxvij. Mar. xv. Vnus vero ex eis qui p̄ius blas-

25

phemabat eum. post hoc ad se revertens dixit. Memento mei dñe  
Lu. xxiij. Et p̄tereūtes dixerūt. Vach qui destruis tēplū dei. Mat.  
xxvij. Marci. xv. Stabat autē iuxta crucē mater eius ⁊ Maria cleo  
phe ⁊ Maria magdalena ⁊ Johānes. Et iesus p̄mendans johāni  
matrē. ait. Ecce mater tua. Et ecōverso. Mulier. ecce filius tu⁹. Joh  
xix. Tūc autē erat hora sexta. et facte sunt tenebre vsq; ad horā nonaz  
sup̄ vniuersam terrā. Math. xxvij. Marci. xv. Lu. xxiij. Et circa ho  
ram nonā clamauit hely. Et cū blasphemaret eū dixit. Sitio. ⁊ por  
reuerūt ei spongiā aceto plenā. Ma. xxvij. Marci. xv. Johā. xix. Et  
cū gustasset ait. Cōsumatū est. Joh. xix. Et clamās voce magna di  
xit. In manus tuas cōmendo ⁊c. Et inclinato capite. emisit spiritū  
Et velum templi scissum est. terra mota. petre scisse sunt. monumē  
ta apta sunt. ⁊ multa corpa sanctorū surrexerūt. Math. xxvij. Et ait  
Cetero. Vere filius dei erat iste. Ma. xxvij. Mar. xv. Vel ut ait lu  
cas. Hic hō iustus erat. Luce xxiij. Post hoc rogauerūt iudei pylatū  
vt frangerent eoz crura. ⁊ cū crura latronū fregissent. ad iesum ve  
niētes. eo q̄ iam mortu⁹ erat. nō frangerūt ei crura. sed vnus militū  
lancea lat⁹ eius aperuit. Joh. xix. Cū autē sero factū esset Joseph  
ab arimathia p̄cūct a Pylato corpus iesu. Math. xxvij. Marci. xv.  
Luce xxiij. Joh. xix. Et cū deposit⁹ esset de cruce venit Nycodem⁹  
ferens mixturā mirre ⁊ aloes q̄si libras centū. Hū corpus iesu inuo  
lutū syndone munda cū aromatis posuerūt in monumēto nouo  
petra exciso. Et quādo sepeliebāt erat ibi Maria magdalena ⁊ ma  
ter eius. ⁊ alie mulieres. que secute erāt euz a gallilea. ministrātes ei.  
Sepulto autē dño. recessit Joseph cū Nycodemo a monumento.  
mulieres autē sedebant p̄tra sepulchrum. Math. xxvij. Marci. xv.  
Altera autē die que est post parasceuen venerūt iudei ad Pylatū di  
centes. Jube sepulchrū custodiri. Math. xxvij. In ip̄a die. hoc ē in  
sabbatho post parasceuen. Maria magdalena et altera maria silue  
runt secundū mandatū. Luce xxiij. Vespere autē sabbathi cū adhuc  
tenebre essent. id est nocte que lucessit in p̄ima sabbathi. id est in do  
minica die. Ibant mane cū aromatis ad sepulchrū. Math. xxvij.  
Et tūc cū celū iam albesceret dicebāt. Quis reuoluet nobis lapidē  
ab ostio monumētis Marci. xvj. Tūc terremotus fact⁹ est. q̄ tunc  
domin⁹ resurgebat. Post hoc descēdit angelus de celo q̄ et reuoluit  
lapidem. Math. xxvij. Et viderūt mulieres lapidē reuolutū ⁊ an  
gelū sedentē sup̄ eum. Custodes autē iacebāt quasi mortui p̄imore

angeli. Math. xxviij. Et tunc angelus dixit mulieribus. nolite timere. scio quod iesum queritis. Et cum mente prosternate essent. Ecce duo viri astitērunt iuxta illas in veste fulgenti quae dixerunt. Quae queritis? non est hic. Luc. xxiiij. Cūtes ergo dicite discipulis eius. quia surrexit. Math. xxviij. Ne illi fugerunt. inarserat enim eas timor et pavor. et nemini quicquam dixerunt. Marci. xvi. Sola vero Maria magdalena. cucurrit nūcians hec petro et iohāni. et dixit. Tulerunt dñm meū. Joh. xx. Cucurrerunt ergo illi. et viderunt sepulchrū vacuū. et crediderunt vā esse quae dixerat mulier et continuo redierunt ad hospitia. Magdalena autē quae cū eis venerat remāsit ad monumētuz ploras. Et dū fleret p̄spexit ī monumētū. et vidit duos angelos. qui dixerunt ei. mulier quid ploras. Respondit illa. quia tulerunt dñm meū. Tūc p̄versa retrosuz vidit iesuz stantē et estimans eū ortulanū esse. Sed post agnosens eū voluit t̄gere pedes eius. sed dñs p̄hibuit eam. Joh. xx. Interim custodes nūciantes principibus quae facta fuerāt. qui corrupuerunt eos pecunia ut dicerent a discipulis eius corpus esse furatū. Math. xxviij. Eo tempore ibat Maria magdalena nūciare discipulis. Sed inuentis prius mulieribus quae cū ea fuerāt. occurrit eis iesus dicens. Auete. Illi autē adorauerunt eū tenētes pedes eius. qui dixit eis ut annūciarent fratribus ut irent in galileā euz ibi vidētes. Math. xxviij. Quae cum nūciantes illis non crediderunt. Math. xxviij. Visaq; sunt eis sicut deliramenta verba ista. et non crediderunt eis. Lu. xxiiij. Solus autē petr⁹ cucurrit ad monumētuz. et cū rediret mirans apparuit ei dicens. Luce. xxiiij. Eodē die apparuit duobus discipulis eūtib⁹ in emaus. qui postq; cognouissent euz in fractione panis. reuersi sunt in iherl̄m et nūciantes discipulis cōgregatis quae gesta fuerāt. Lu. xxiiij. Quidē autē non credebant. quoz vn⁹ erat Thomas. q̄ egresso. et euz de eo loquerentē et sero esset eiusdē diei. et fores essent clausae. Stetit iesus ī medio eorū. et ait. Pax vobis. Luce. xxiiij. Joh. xx. Et euz putaret se sp̄m videre dixit. Palpate et videte. quia spirit⁹ carnē et ossa non h̄z. Luce. xxiiij. Et ostendit eis manus et pedes et latus eius. Luce. xxiiij. Joh. xx. Adhuc autē illis non credētibus comedit cū eis partes piscis et fauū mellis. Luce. xxiiij. Gausi sunt ergo discipuli viso dño. Joh. xx. Tūc dixit itez. Pax vobis. Et insufflans ait. Accipite sp̄m sc̄m. Joh. xx. Post hoc absente dño rediit Thomas cui euz dicerēt discipuli. vidim⁹ dñm. Noluit credere nisi videret firuras clauorū. Post dies autē octo ianuis itez clausis. stetit iesus in medio discipulorū. et erat ibi thomas. Quibus

*Handwritten marginal notes at the top of the page, partially obscured by the binding.*

ait. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc et vide.  
Joh. xx. Post hoc manifestavit se iesus iterum ad mare tyberiadis  
ubi discipuli piscabant. Stans ergo iesus in litore precepit ut mitte-  
rent in dexteram navigij rete. Cuius impletum esset piscibus. ait Joha-  
nes. Dñs est. Quo audito. Petrus misit se in mari succintus tunica.  
Alij vero discipuli navigio venerunt ad litus. Eo tpe oēs discipuli sit-  
discubebant. et iesus cum eis comedentes panes et pisces assos et nemo au-  
debat eum interrogare quis esset. Sciētes. quia dñs est. Joh. xxi. Et cum  
pradissent dixit dñs petro. Symon diligis me plus huius. Qui respondit  
Tu dicis domine quia amo te. Cui dominus. Pasce oves meas. Et  
cum predixisset ei mortem ait sequere me. Cuius sequeretur eum ab-  
euntem. Petrus ait de Johanne. Dñe. hic autem quid? Cui dñs sic eum  
volo manere. Joh. xxi. Tunc abierunt undecim in gallileam in montem ubi  
constituerat illis iesus. Ibiq; iterum vidētes eum ad oraverunt. Quidam  
tamen eorum dubitabant an ipse esset. Math. ultimo. Ideoq; exprobrauit  
incredulitatem eorum et duriciam cordis. Math. ult. Et ad iuravit. Data est  
mihi omnis potestas in celo et in terra. Mat. ult. Eūtes ergo in mundum  
universum predicate euangelium omni creature. Math. ult. Docete omnes  
gentes. baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. Qui credi-  
derit et baptisatus fuerit. Signa autem eos qui crediderint hec sequen-  
tur. in nomine meo demonia eijcient. Math. vlti. Die vero ascensionis  
venit ad eos in hierusalē. et dixit eis. Sedete in civitate donec indua-  
mini virtute ex alto. Lu. vlti. Eo tpe interrogaverunt eum. Si in tpe  
hoc restitueret regnum israel. Quibus respondit. Non est vestrum nosse tempus  
et cetera. Sed accipietis spiritum sanctum: et eritis mihi testes usque ad vlti-  
mum terre. et ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Mat. vlti.  
Huius itaq; dicitis eduxit eos foras de hierusalē in montem oliveti. Lu.  
vlti. Tunc benedixit eis. et vidētib; illis elevatis manibus ferebatur  
in celum. Luce. vlti. Sedetq; a dextris dei patris. Math. vlti. Sunt et  
alia multa que fecit iesus que si scribantur per singula. nec ipse arbitror  
mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Johannis vlti. In nomine  
benedicti et individue trinitatis. scilicet patris et filij et spiritus sancti. A.

*Vertical handwritten marginal notes on the right side of the page.*

*Printed title block:*  
Siniunt Gestæ christi Anno septimo Impressa Vvember-  
ge sexto Idus decembris. Per venerabilem dñm Joānem  
Weyssenburger presbiterum.

*Handwritten marginal notes at the bottom of the page, continuing from the main text or providing commentary.*



Fl 289



ULB Halle 3  
 001 343 890



*Sl*

~~TA-OL~~


*R*

*Ant.*









Tramit bonoz in malis est apud bonos peccato sed malis aliis  
Et boni corumpunt in vitiis et obfcurant in gloria  
Vnde dicit raphel sup Matti Sic vitiis corumpunt ab arcto et ad egyptum  
lucum fatu...

**Christi ab incarnationis vsqz  
ascensionis Besta succinctim  
posita omni sacerdoti ha  
benda bene reuusa atqz  
correcta.**

Magister hysto

25

Cronographi qui cum casu gstrap...



Dani et cetera dicitur  
vixit et regnavit  
Sicut et quilibet...  
quod...

Amor p... qui habet...  
Temp... p... 19

10.

